

sponsosque ætatem ac pulchritudinem pares, regiis  
ortos parentibus, omnibus cum corporis tum animi  
dotibus cumulate ornatos perpendimus, sive fructus  
et commoda quæ ex hoc auspicatissimo conjugio  
universæ christianæ religioni provenient considere-  
remus, nihil profecto eo omnibus et partibus miro  
quodam consensu inter se magis congruere, nihil  
eo illustrius, nihil demum perpetuo elogio dignius  
judicandum est. Quamobrem, summæ nostræ erga

Majestatem Vestram benivolentiae maxime con-  
sentaneum fore existimavimus, si his nostris literis in  
presentia eidem vehementer gratularemur, Deum  
optimum maximum ex animo precantes ut nuptias  
has fortunare ac ratas esse velit, ut coniugibus ipsis  
ex opertam sobolis propaginem dignetur elargiri, ut  
denique eos vitam lætam ac omnibus exuperantis  
fortunæ honis quam diutissime transigere permittat.

Data die 17 Februarii 1521.

FINE DEL TOMO VIGESIMONONO.